



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Magnvm Episcoporum, Canonicorum,  
Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam  
Secularium quam Religiosorum**

**Tympe, Matthäus**

**[Köln], 1614**

8. ad Beneficia Ecclesiastica indignos non promouere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51447)

huiusmodi Metaphysico hominum genere amice hortarer vel potius ab ipso peterem, ut ratione opimi quod possidebat sacerdotij (si nollet propter alia tua beneficia & officia) ad minimum diebus dominicis rem diuinam vellet peragere, adderemque, me, cum idem sacerdotium per alium me in scio & inuito pro me Romae esset impetratum, omnium primo quaesivisse & legisse foundationem istius beneficij, cumque ex ea didicissem me illud sine vulneribus conscientiae obtinere non posse, Bullam, ut vocant, summi pontificis ab omni mora Dominis qui eam impetrarant retinuisse (licet monitus essem ut aliquem ex cognatis eo beneficio ornarem) doleo, & ex animo doleo, tum sacerdotem Dei altissimi mihi laico nihil aliud respondisse quam, foundationis istius litteras esse antiquas. Nam si antiquae, certe illis satisfaciendum est, non enim propterea, sunt antiquatae.

## SIGNVM VIII.

*Ad beneficia Ecclesiastica indignos non promouere.*

v. locum de  
ordinib. sac-  
cris.

**M**ilitēs qui parati sunt ad omnia bella non dijudicant si iuste & ratione susceperint, sic & illi qui ad honores, ad gradus ad beneficia ecclesiastica promouent indignos, eos de quibus non satis eis constat an sint digni. Quod enim per se iniustum est, tum multo est iniustius cum alij digniores excluduntur.